



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Linda Mariana, Sive De B. Virgine Lindensi**

**Clagius, Thomas**

**Coloniae Vbiorvm, 1659**

XVII. Beneficium idem, etjam à Catholica Ecclesia alienis, per B. virg.  
Lindensem praestitum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11544**

Lindensem profecturam se, & munus delaturam votum  
Statim ab oculis, omni illæ infestantis ardoris vehementer  
disparuit, caligo fugata est, & oculi ad capiendam lucem  
vegetiores redditi. Votum p[ro]piè solvit Anno MDCXXIII.

## V.

Juvenis, periculosa oculos caligine suffusus, votum  
Lindam factio persanatur.

Quo loco, ac fere tempore Lindensem historiam  
Ciaritius scribebat, id, quod ipse refert, accidit; in  
fortasse oculatus, possit videri testis. Bisteni enim rei  
accidit pridie Cal. Majas Anni MDCXXIII. & ille,  
Bisteni itidem i[ps]is Martii Calendis Anni MDCCXVI  
Regi Sigismundo historiam ab se lcriptam dicavit.  
Rem porro, de qua agimus, ita perstrinxit. Juvenis qui-  
dam Brunsbergensis, satoriu[m] manceps, dum Bischoffsteinii  
Sutrine dat operam, insperatò illi oculi caligine, obfuscantur;  
ita ut duarum septimanarum intervallo viderit omni-  
no nihil, & perpetuam timuerit cecitatem. Quamprimum  
verò ad Marianam Lindam votum praestitit, mox integra-  
rime visum recepit; beneque oculis sanus votum reddidit  
xxx. April. MDCXXIII.

## C A P U T XVII.

Idem beneficium, et jām à Catholica Ecclesia alienis, per B.V. Lindensem, praestitum.

**A**Tque h[oc]c, alia que id genus beneficia, Catholicis  
à Deipara suisse concessa, haud sanè mirum vide-  
ri possit; quid enim filiis Mater benignissima nega-  
queat? Illud fortasse mirum videatur, quod eadem  
alienis quoque exhibeat. Quidni enim ab illa alie-

qui à Catholica Filii ipsius Ecclesia ita se juncti? Neque tamen istos püssima misericordiarum parens despicit; quòd &c ipsi aliquando temeriplos respiciant, & ad veræ lumen Ecclesiæ tandem recipiant; neque externis duntaxat, verùm & interioribus animi oculis ritè deinceps fungantur; eveniat que illud, quod à Deipara precari Ecclesia solet, *solve vincia reis, profer lumen cœlis.* Quidni verò Deipara, ad Filii sui exemplum, omnibus omnia, in imaginibus quoque suis fiat? Jam olim, quemadmodum Baronius ad Annum 870. memorat. *Prope Damascum imago B. Virginis in ligno picta diu stetit: denique evanescens paulatim coloribus, succedit caro sita ut imago carneæ simul & lignea esset, vel certè incarnatum lignum.* Insuper oleum balsamo fragrantius manus imaginis dedit, non Christianis modo, sed & Hebrais, Mauris, & Saracenis salubre. Idea Atlantis Mariani pag. 120.

## I.

Puer voto à matre, ad B. V. Lindensem edito,  
lucem simul & vitam, propè amissam,  
recipit.

Narratur id à Ciaritio hunc in modum: *Laboraverat lethali agitudine, Georgius, Friderici Serige filius in Zandersdorff coloni, qui pagus ad Hospitale Landsbergense spectat: cui iam ante immoda suffusio sanguinis, lumen oculorum eripuerat, & immatura morte lumen parentibus reliquerat.* Iustina mater deploratam salutem filii videns, ad vota convertitur, filiumque si reviviscat, ad B. V. Lindensem laturam, & munus solenne addituram, quā maximè potest pietate, spondet. Inter bane

banc maternam votorum curam, cæperunt artus pri  
morte iam frigentes, vitali calore denuò impleri, & an  
mari: ipse moveri, oscitare & integris oculis lucem rur  
contueri, ad vitam perfectè revocatus. Exiliit gaudio ma  
ter recepto filio vivo, & sano; vota D<sup>eo</sup>, ac B.V. MARIA  
facta, lata sine mora solvit.

## II.

Mulier ad extremam fere cæcitatem perducta, vo  
ad B.V. Lindensem concepto, sanata.

Anno MDCXXII. inquit Ciaritius, XVIII. Augusti.  
Margareta mulier vidua ex pago Coia, libertinorum Ter  
ritorii Drenckfurten sis, hic votum salvit. Fatebatur (quod  
& pater illius, qui uniuersitatem vir proiecta atatu constan  
ter asserebat) se diuturno ac vehementi capitido dolore, ad ex  
tremas fere oculorum tenebras perductam fuisse. Voto B.  
MARIAE Virgini ad Tiliam facta, dolorem omnem cessasse;  
oculos cæcutire omnino desuisse: & ad B.V. Lindensem, nul  
lo utens ductore, sine quo nuspiciam antè progredi poterat,  
venisse testabatur. Deo, beatissimaq<sup>ue</sup> Virgini MA  
RIA, demissè gratiis actis, gratulabunda domum remi  
vit.

## III.

Textor Silesius, à gravi oculorum dolore, &  
propemodum cæcitate, curatur.

Matthias Hoffman, Textor Silesius, ut idem Author  
narrat, domum illum habens in Kamionka pago, Anno ex  
eunte MDCXXII. tetro oculorum dolore correptum, in  
ipsam propemodum incurvat cæcitatem; ita ut trimum hi  
bdomadarum spatio, ne ex propinquuo quidem, vel vider  
vel liquido discernere quidquam potuerit. Demum, ut  
lamitosorum mos est, ad vota configuit; & se Oratorium

M

Ejusdem Acatholici à cœcitate Lindæ curati.

317

MARIÆ Virginis Lindensis visitaturum promisit. Nec  
frustranea fuit votiva promissio, rediit enim subito oculo-  
rum lumen. Votum exibisse se expedivit MDCCXLII. die XVI.  
Aprilis.

#### IV.

Homo, ex profano Cingarorum genere, Lindam à  
suis deductus, lumen, quod amiserat, subito  
recepit.

Ex vagabundo illo hominum genere, sic enim rem  
Claritus percenset, qui se Cyngaros, seu Cyrenaos falsò  
appellant, quidā non postrema notæ per acutâ oculorū vexa-  
tione è redactus fuerat, ut de iis retinendis omnino despe-  
raret. Tandem post varia, nihilquē iuventia adhibita medi-  
camenta, aut suā sponte incitatus, aut à quibusdam pii homi-  
nibus submonitus, ad B. Virginis hoc Oratorium, grandi-  
cum Cereo, se profecturum devovit. Dicitur igitur à tur-  
ma Cingarorum ad locum sacrum, diem non videns, &  
deductorem sequens. Suscepit Iesus, per Matris gloriose  
interventionem, hominis votum precesquē. Confestim enim  
pristina oculorum sanitas illi redditā est. Ille Deum sup-  
pliciter adorat, B.V. MARIÆ humiles agit gratias, latus  
discedit. Certè non levia Cyngarus hic videbatur pii, &  
grati animi signa edere; ut & ceteri illius comites, qui co-  
piosa stipite in eleemosynarium stipitem imiectā, frequen-  
ter se s. locum adituos, & gloriam DEI, qui in eo mira-  
operatur, ubique locorum deprædicatuos affirmârunt. Ac-  
cidit MDCCXII. Illumet homines Anno MDCCXIV. velum  
insigne e s. ricu contextum, ad sacram Oratorium venera-  
bundi detulerunt.

#### CAPUT